Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26504
Copyright: Admont, Benediktinerstift



derunt. quos ut tam in prudentia falli putamus
res enim perspicua est. quam inuidia atque obtrecta
tione quadam impediri. Et constitutiones quid
& earum partes exposuimus. Exempla autem cuiusque ge
neris tum commodius expositurum uidemur. cum in unum
quodque eorum argumentorum copiam dabimus. Nam argu
mentandi ratio dilucidior erit. cum et ad genus et ad ex
emplum causae statim poterit accommodari.

Constitutione causae reperta. statim placet considera
re. utrum causa sit simplex an iuncta. Et si iunc
ta erit. utrum sit ex pluribus questionibus iuncta
an ex aliqua comparatione. Simplex est quae absolutam
in se continet unam questionem hoc modo. Corinthius
bellum indicamus an non. Coniuncta ex pluribus
questionibus in qua plura queruntur hoc pacto.
Utrum cartago diruatur an cartaginensibus reddatur.
an eo colonia deducatur. Ex comparatione in qua per
contentionem utrum potius. aut quid potissimum sit.
quaeritur. ad hunc modum. Utrum exercitus in macedoniam
contra philippum mittatur. qui socius sit auxilio. an
teneatur in italia. ut quam maxime contra hannibalem
copiae sint. Deinde considerandum est. in ratione an in
scripto sit controuersia. Nam scripti controuersia est ea. quae
scriptionis ex genere nascitur. Eius autem genera quae se-